

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project  
(<http://compendium-project.wlu.ca>)

33 quotations attributed to Augustinus in epigramatibus Prosperi and 8 quotations attributed to Prosper in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

N.B. A previous edition, which cites variants in a critical apparatus rather than the comparative underscoring method used here, was published by Sara Palermo in “Próspero de Aquitania en el *Compendium Moralium Notabilium* de Jeremías de Montagnone,” *Estudios Clásicos* 154 (2018), 67-92. Another difference is that Palermo cites Prosper’s text in both Horsting’s critical edition and also Migne’s *Patrologia Latina* 51. This online project is mentioned by Palermo on p.69, n.8.

Pars 1, Liber 1, Rubrica 4: De munere divino (fol.2ra):

Augustinus in epigramatibus prosperi: capitulo 27. **Nemo est tam eruditus: nemo tam doctus qui superna illustratione non egeat.**

Nemo tam eruditus, nemo tam doctus est qui superna illustratione non egeat.  
Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 27 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.96).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 6: De iustitia et iudicio dei (fol.2vb):

Augustinus in epigramatibus Prosperi: 92. capitulo. **Nullo modo iudiciis hominum comparanda sunt iudicia dei: quem non est dubitandum esse iustum: etiam quando facit quod hominibus videatur iniustum.**

Nullo modo iudiciis hominum comparanda sunt iudicia dei, quem non dubitandum est esse iustum, etiam quando facit quod hominibus videtur iniustum.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 98 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.150).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 12: De timore dei (fol.5ra):

Augustinus in epigramatibus prosperi capitulo 71. **Deus sic timendus est vt ab ipso fugiatur ad ipsum.**

Deus sic timendus est, ut ab ipso ad ipsum configiatur.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 74 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.132).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 15: De oratione religiosa (fol.6ra):

Augustinus in epigrammata prosperi 89. capitulo. **Fideliter supplicans deo pro necessitatibus istius vite et misericorditer auditur et misericorditer non auditur: quid enim vtile infirmo sit magis nouit medicus quam egrotus. Si autem postulat id quod deus precipit fiet omnino quod poscit.**<sup>1</sup> 91. capitulo. **Deus cum aliquid male positum dando irascitur et non dando miseretur.**<sup>2</sup>

1. Fideliter supplicans deo pro necessitatibus istius vitae et misericorditer auditur et misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit utile magis novit medicus quam aegrotus. Si autem id postulat quod deus et praecipit et promittit, fiet omnino quod poscit, quia accipit caritas quod parat veritas.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 94 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.146).

2. Deus, cum aliquid male poscitur, dando irascitur, non dando miseretur.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 97 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.149).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 26: De peccatorum conuersione ad religionem (fol.10ra):

Augustinus in epigrammata prosperi 7. capitulo. **Remedia conuersionis ad dominum nullis cunctationibus differenda sunt: ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim penitenti indulgentiam promisit dissimulanti diem crastinum non spopondit.**

Remedia conversionis ad deum nullis sunt cunctationibus differenda, ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim paenitenti indulgentiam promisit, dissimulanti diem crastinum non spopondit.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 73 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.131).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 28: De paradiso salute premio et gloria animarum bonorum hominum (fol.11rb):

Augustinus in epigramata prosperi epigrama 78. capitulo. **Qui domino seruiunt ea bona acquirunt que perire non possunt.**

Qui autem domino serviunt, ea bona adquirunt quae perire non possunt.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 77 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.134).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 31: De inferno et penis animarum peccatorum (fol.12rb):

Augustinus in epigrammata prosperi 50. epigramma. **Non curandum est multum necessario morituris quid accidat vt moriantur: sed quo cogantur ire moriendo.**

Non igitur multum curandum est necessario morituris, quid accidat ut moriantur, sed moriendo quo ire cogantur.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 50 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.113).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 1: De bono et malo (fol.15rb):

Augustinus in epigrammata prosperi 75. epigrama. **Non sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonum est.<sup>1</sup> Nulla substantia iniquitas est: et peccatum non est natura: sed vitium nature appetentis id quod non est sui ordinis.<sup>2</sup>**

1. Non sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonum est, et parum est nemini nocere nisi studeas multis prodesse.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 78 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.135).

2. Cum itaque universae naturae per verbum dei factae sint, iniquitas per ipsum facta non est, quia iniquitas nulla substantia est, et peccatum non natura est, sed vitium naturae id appetentis quod non est ordinis sui.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 96 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.148).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 4: De felicitate et beatitudine et summo bono (fol.17va):

Augustinus in epigrammata Prospere epigramma 102. **Nihil est infelicius felicitate peccantium: qua penalis nutritur impunitas: et mala voluntas corroboratur: velut hostis interior.**

Nihil est infelicius felicitate peccantium, qua poenalis nutritur impunitas et mala voluntas velut hostis interior roboratur.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 42 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.106).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquillitate et bona vita et non bona (fol.18va):

Augustinius in epigrammata Prospere epigramma 65. **Quietiores sunt boni quam mali.**<sup>1</sup> 80. epigrama. **Bona conscientia tranquillum facit animum.**<sup>2</sup>

1. Quietiores sunt enim boni quam mali, et absolutiora sunt verba veridicorum quam commenta fallacium.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 68 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.128).

2. Otium autem ab iniquitate debet esse perpetuum, quia bona conscientia non inquietum sed tranquillum facit.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 83 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.139).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 12: De facilitate et difficultate (fol.22rb):

Augustinus in epigramata prosperi 65. epigrama. **Difficilia et laboriosa sunt figmenta mendacii: qui autem vult verum dicere: non laborat.**

Difficilia et laboriosa sunt figmenta mendacii. Qui autem verum vult dicere, non laborat.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 68 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.128).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 1: De iustitia equitate et iniuitate (fol.25ra):

Augustinus in epigrammata prosperi 74. emp. **In magna egestate sunt diuites iustitie inopes.**

In magna egestate sunt divites iustitiae opes et sapientiae thesauros non habentes.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 77 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.134).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De bonitate et prauitate (fol.25vb):

Augustinus in epigrammata prosperi 42. emp. **Nihil est infelicius infelicitate peccantium: qua penal is nutritur impunitas: et mala voluntas corroboratur velut hostis interior.**<sup>1</sup> 46. emp. **Sine aliquibus bonis operibus vita cuiuslibet pessimi hominis difficile inuenitur.**<sup>2</sup> 75. emp. **Non sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonum est.**<sup>3</sup>

1. Nihil est infelicius felicitate peccantium, qua poenalis nutritur impunitas et mala voluntas velut hostis interior roboratur.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 42 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.106).

2. Sicut non impediunt ab aeterna vita iustum quaedam peccata venialia, sine quibus haec vita non dicitur, sic ad salutem aeternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis invenitur.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 46 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.110).

3. Non sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonum est, et parum est nemini nocere nisi studeas multis prodesse.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 78 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.135).

Prosper sub 7. emp. **Et quidam recti constat inesse malis.**<sup>1</sup> Sub 42. emp. **Qui se peccatis gaudet feliciter vti. Infelix nimis est prosperitate sua. Dumque capit miseros: effectus prava voluntas. A vera semper luce fit exterior.**<sup>2</sup>

1. Plurima sanctorum bona sunt communia multis, / et quiddam recti constat inesse malis, / sed pia pars summae tendens virtutis ad arcem / omne operum meritum transit amore dei, / quo pariter quemcumque hominum sic diligit ut se, / hoc optans aliis quod cupit ipse sibi.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 7 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.82).

2. Qui se peccatis gaudet feliciter uti, / infelix nimis est prosperitate sua, / dumque capit miseros effectus prava voluntas, / a vera semper luce fit exterior, / sumens pestifera de consuetudine robur / et sua complectens vincula – mortis amor!

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 42 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., pp.106-7).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 3: De conscientia benignitatis et malignitatis (fol.26va):

Augustinus in epigrammata prosperi 8. emp. **Bona conscientia tranquillum facit animum.**

Otium autem ab iniquitate debet esse perpetuum, quia bona conscientia non inquietum sed tranquillum facit.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 83 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.139).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 4: De innocentia (fol.26vb):

Augustinus in epigrammata prosperi emp. i. **Innocentia vera est: que nec sibi nec alteri nocet.**<sup>1</sup>  
Emp. 75. **Parum est nemini nocere: nisi studeatur multis prodesse.**<sup>2</sup>

1. Innocentia vera est quae nec sibi nec alteri nocet, quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam suam.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 1 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.78).

2. Non sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonum est, et parum est nemini nocere nisi studeas multis prodesse.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 78 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.135).

Prosper sub vltimo capitulo. **Insontem vitam pacis amator agit.**

insontem vitam pacis amator agat.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum* 100 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.151, in note **100 epigr.**).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31rb):

Augustinus in epigrammata prosperi emp. 65. **Difficilia et laboriosa sunt figmenta mendacii: que autem vult verum dicere non laborat.**

Difficilia et laboriosa sunt figmenta mendacii. Qui autem verum vult dicere, non laborat.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 68 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.128).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 1: De amore et dilectione (fol.36vb):

Augustinus in epigrammata prosperi emp. 2. **Sic diligendi sunt homines: vt eorum non diligentur errores.**

Sic diligendi sunt homines, ut eorum non diligentur errores, quia aliud est amare quod facti sunt, aliud odisse quod faciunt.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 2 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.78).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia et sapientia (fol.64vb):

Augustinus in epigramatibus prosperi 74. emp. **In magna egestate sunt diuites: sapientie thesauros non habentes.**

In magna egestate sunt divites iustitiae opes et sapientiae thesauros non habentes.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 77 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.134).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 1: De vtilitate seu proficuo (fol.71va):

Augustinus in epigramatibus prosperi 6. capitulo. **Bene loqui et male viuere nihil aliud est quam seipsum sua voce damnare.**

Bene autem loqui et male vivere nihil est aliud quam sua se voce damnare.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 6 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.82).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 3: De vanitate et frustratione humanorum actuum (fol.71vb):

Augustinus in epigramatibus prosperi emp. 73. **Uana querenti nihil sufficit.**

Nam vana quaerentibus nihil sufficit, et alienorum quodam modo retentator est qui profutura pauperibus inutiliter habet.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 76 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.133).

Prosper sub 77. emp. **Non placeat vanis animum summittere rebus.**

Non placeat vanis animum subnectere rebus / pestiferisque avidam mentem onerare cibis.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 80 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.137).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 4: De interrogationis et respositionis prudentia (fol.76ra):

Augustinus in epigramatibus prosperi epigrama 21. **De occultis alieni cordis temere iudicare peccatum est. Opera cuius non videntur nisi bona iniquum est de supitione reprehendere. Eorum que homini sunt incognita: solus deus est iustus iudex qui est verus inspector.**

De occultis alieni cordis temere iudicare peccatum est; et eum, cuius non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehendere, cum eorum quae homini sunt incognita solus deus iudex sit iustus, quia inspector est verus.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 21 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.92).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 9: De libertate et seruitute dominis et seruis (fol.99vb):

Augustinus in epygrammatibus prosperi emp. 53. **Malus etiam si regnet seruus est: nec vnius domini sed quod grauius est tot dominorum quot vitiorum.**

Nam bonus etiamsi serviat liber est; malus autem etiamsi regnet servus est, nec unius hominis, sed, quod est gravius, tot dominorum quot vitiorum.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 53 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.115).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De libertate et seruitute dominis et seruis (fol.117va-vb):

Augustinus in epigrammatibus prosperi emp. 49. **Bonus nec temporalibus bonis extollitur: nec malis frangitur.**

Nam bonus temporalibus nec bonis extollitur nec malis frangitur.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 49 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.112).

Prosper sub 35. emp. **Rectorum est aduersa pati et tolerare modeste. / Nec querula in quoquam voce mouere deum.**<sup>1</sup> Sub 49. emp. **Namque bonos non blanda inflant: nec aspera frangunt.**<sup>2</sup> Sub vltimo capitulo. **Non metuo exilium: mundus domus omnibus vna est.**<sup>3</sup>

1. Dum mutabilium decurrunt tempora rerum / dumque suis mundus motibus atteritur, / rectorum est adversa pati et tolerare modeste / nec querula in quoquam voce mouere deum, / cuius iudicio nulli parceret iniquo, / et perpes iustos gloria suscipiet.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 35 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., pp.101-2).

2. Namque bonos non blanda inflant, non aspera frangunt, / sed fidei invictae gaudia vera iuvant.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 49 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.112).

3. non metuo exsilium domus omnibus una est, / sperno famem, domini fit mihi sermo cibus.

Paulinus Nolanus, *Poema coniugis ad uxorem* (CSEL 30, W. Hartel ed., 1999 rev. ed., p.347, ll.97-98).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.119vb):

Augustinus in epigrammatibus prosperi emp. 86. **Non est desperandum de malis: sed pro ipsis  
ut boni fiant potius supplicandum: quia numerus sanctorum semper est auctus de numero  
impiorum.**

Non est desperandum de malis sed pro ipsis ut boni fiant studiosius supplicandum, quia  
numerus sanctorum de numero semper est auctus impiorum.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 91 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.144).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.122ra):

Augustinus in epigrammatibus prosperi emp. 93. **Nulli irascenti sua ira videtur iniusta. Ab omni indignatione cito redeundum est ad mansuetudinis lenitatem: nam pertinax motus facile in eius odium transit cui non celeriter ignoscitur.**

Nulli irascenti ira sua videtur iniusta. Unde ab omni indignatione cito redeundum est ad mansuetudinis lenitatem. Nam pertinax motus facile in eius odium transit cui non celeriter ignoscit.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 99 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.150).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137ra):

Augustinus in epigrammata prosperi epigramma 49. **Bonus nec temporalibus bonis extollitur: nec malis frangitur.**<sup>1</sup> 87. epigramma. **Nec facile inueniuntur in aduersitate presidia que non fuerunt in pace quesita.**<sup>2</sup>

1. Nam bonus temporalibus nec bonis extollitur nec malis frangitur.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 49 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.112).

2. In tranquillitate pacis comprehendenda est doctrina sapientiae, quae inter tribulationum turbines difficulter agnoscitur; nec facile inveniuntur in adversitate praesidia, quae non fuerint in pace quaesita.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 92 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.145).

Prosper sub 35. epigramma. **Rectorum est aduersa pati et tolerare modeste. / Nec querula in quoquam voce mouere deum.**<sup>1</sup> Sub 49. epigramma. **Namque bonos non blanda inflant nec aspera frangunt.**<sup>2</sup>

1. Dum mutabilem decurrunt tempora rerum / dumque suis mundus motibus atteritur, / rectorum est adversa pati et tolerare modeste / nec querula in quoquam voce movere deum, / cuius iudicio nulli parcetur iniquo, / et perpes iustos gloria suscipiet.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 35 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.101-2).

2. Namque bonos non blanda inflant, non aspera frangunt, / sed fidei invictae gaudia vera iuvant.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 49 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.112).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 10: De laudabiliter morientibus et laudabili mortuorum (fol.145vb):

Augustinus in epigrammatibus prosperi 50. emp. **Mala mors putanda non est: quam bona vita precederit.**

Mala mors putanda non est, quam bona vita praecesserit.

Prosper Aquitanus, *Liber epigrammatum*, 50 (CSEL 100, A.G.L. Horsting ed., p.113).